



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

25. An, destructa Medallia, Rosario, Imagine, pereat Indulgentia? Et quid,  
si non sit penitus destructa? Et quanta debet esse ruptura, aut fractio, ut  
censeatur periisse Indulgentia? Et notatur in ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

# De Indulgentiis. Ref. XXII I. &c.

189

**N**egatuum sententiam tenet Pater Lugo de *Sacramentum Penitent. disputat. 27. sect. 8. n. 131.* Circa indulgentiam localem queri solet, an diruta Ecclesia, cui concessa erat, maneat indulgentia in alia Ecclesia, si in eodem situ reædificatur? Aliqui Canonizate dicunt, si auctoritatem Superioris Ecclesia ab uno ad alium locum transferatur, deferre secum suas indulgentias. Pater Suarez *disp. 15. sect. 1 n. 9.* probabile est putat, quia in eodem situ statim alia ædificatur; tamen tamē dubia est talis indulgentia, quia recte illa et alia Ecclesia non solum phycē, sed moraliter, & idē indiget noua consecratione. Alter dicendum est, si non tota simul, sed per partes dirueretur; tunc enim nunquam prior Ecclesia desit esse, sed semper moraliter eadem perseveratur. Ita Lugo.

**I** Verum affirmatum sententiam docet Ghilinus *in ref. cas conscient. verb. Indulgientia. n. 1. & Bonacina tom. 1. disp. 6. q. 1. punct. 8. n. 5.* vbi ita assertum. Si indulgentia concessa sit ipsi templo, sicut ordinariæ præsumendum est ipsi templo concessam fuisse, cum ordinariæ præscribatur aliquid intra talen locum, vel templo fieri, censetur indulgentiam transferri loco, in eōque perferatur; nam censetur adhuc eadem Ecclesia, & idem templo, quod comparari potest personæ, que locum defert priuilegium personale.

## RESOL. XXIII.

*An diruto Templo Indulgientia ipsi concessa pereat?*  
Et quid, si Superioris auctoritate Ecclesia destruatur in peccatum delinquentum? Ex p. 5. tr. 12. Ref. 10.

**A**d hunc casum liber respondere cum verbis Pauli Layman, in *Theolog. moral. l. 5. tr. 7. c. 3.* non, vbi sic sit. Si Ecclesia diruta iterum non reædificetur, locus priuilegia Indulgientia, cum non loco sumpticit, sed Ecclesia fuerit concessa, fin' verò ædificetur iterum Ecclesia in eodem loco, retinet Indulgientiam, sicut & alia priuilegia, quippe cum moraliter eadem Ecclesia censeatur, sicut docet idem Suarez n. 8. Limitatamen Innocent. in *cap. 2. de noni operis muniatione.* glossa in reg. 7. in 6. Nisi Superioris auctoritate destruatur in peccatum delinquentum, tunc enim omnibus priuilegiis isolari censetur, vt iterum ei expresse, seu tacite conferenda sit, de novo ædificetur. Id verò non est improbatum, atque in praxi seruari solet, quod Innocent. ibid. docet, & Ludouic Bononius in *tr. de Indulg. n. 75.* si Ecclesia auctoritate Superioris tali passio destruitur, & sub eodem titulo ac Patrono in alio locum transferatur, etiam Indulgientias & alia priuilegia eius transferri, quod etiam docuit glossa in reg. 7. in 6. D. Antonin. part. 1. tit. 19. cap. 1. §. 2. Suarez lib. 8. de legib. cap. 5. in fine, qui bene id explicat transferri priuilegia vna cum Ecclesia, si concessa non ratione situs, aut loci, sed absolutè Ecclesia, & proprio nomine ac titulo suo. Vide etiam Villalobos in *summa tom. 1. tract. 26. difficult. 24. num. 2.* & Philippum Fabrum de penit. in 4. sentent. diff. 19. q. vn. diff. 3. c. 6. n. 184.

## RESOL. XXIV.

*An Indulgientia alieni Templo, vel Sacello concessa amittatur, destruendo Templo, si non reædificetur?*  
Et quid, si per partes destruatur, & per partes reædificetur?  
Et quid si Ecclesia auctoritate Prelati destruatur ea lege, ut in loco reædificetur, seruando eundem titulum, & Patronum, an secum ferat suas Indulgientias, & Priuilegia?

*Et an locus, ubi destruendum fuit Templum, gaudet immunitate?* Ex p. 11. tr. 8. & Misc. 8. Ref. 9.

**A**d hunc casum sic responderet Gobat de *indul.* Sup. conçrō in hac Ref. plumb ilud; aut facillum, certum, est perire indulgentiam, nam indulgentia non erat data loco simpliciter, sed Ecclesia; Layman. c. 3. num. 5. Si autem per partes, seu paulatim destruatur, & per partes reædificetur, si cut manet eadem moraliter Ecclesia, ita & eadem indulgentia; Lugo n. 131. In modo eti si tota simul destruatur, & alia mox extruatur in eodem loco, censetur Suarez d. 52. sect. 1. n. 9. probabiliter remanere priorem indulgentiam; sed Lugo de hoc dubitat. Quin Layman, testatur in praxi obseruari, ut quando Ecclesia auctoritate Prelati destruatur, ea lege, ut alio loco reædificetur, seruando eundem titulum, & Patronum, secum ferat suas indulgentias. Ita Gobat; cui adde Di castillum de *Sacr. tom. 2. tr. 9. disp. 2. dub. 7. num. 11.* cum seq. qui etiam obseruat probabilem esse, & in praxi secum si Ecclesia superioris auctoritate tali pacto destruatur, ut sub eodem titulo, aut Patrone in aliud locum transferatur, etiam indulgentias, & alia priuilegia transferri, Suares *illo 8. de legib. c. 5. in fine.* Qui recte explicat transferri priuilegia vna cum Ecclesia, si concessa fuerunt non ratione situs, aut loci, sed absolute ipsi Ecclesia proprio nomine, & titulo suo. Ita etiam S. Antoninus 1. p. tit. 19. cap. 1. §. 2. & Glossa in reg. 7. in 6. Layman. supr. Franciscus Hottomanus l. illustrum quæstionum quæst. 8. Bonacina supr. qui addit inde colligi, quod cum consecratio destructio templi, adhuc adharet solo, locus consecratus, vel benedictus semper retinet sua priuilegia, quæ ex loci consecratione, vel benedictione sequuntur, quale priuilegium est locum non esse venalem, non posse conuerti ad prophanos usus, & gaudere immunitate, si immunitas primario concessa sit area, & non ratione ædificatio. <sup>sup. hoc priuilegium immunitatis in Ref. præterita rita à fin. 10. & verbi. Nisi Superioris, & melius in tom. 9. tr. 1. Ref. 6. §. 1. ve-</sup> Reg. 7. in 6. D. Antonin. part. 1. tit. 19. cap. 1. §. 2. Quod si priuilegium, seu indulgentia ipsi templo concessa sit, ut dicebam, sicut ordinariæ præsumendum est, concessam, quia ordinariæ præscribitur aliquid intra talen locum, vel templo fieri; tunc putat indulgentiam transferri; censetur enim eadem Ecclesia, & idem templo, & est, quasi priuilegium concessum persona, quæ secum defert priuilegium personale. Quæ doctrina aliquibus videtur probabilis. De consecratione verò adhuc mihi minus placet, quæ si templo destruatur, non potest in aliud locum transferri, etiam si idem lapides, ligna, &c. alio transferantur; immò etiam si iterum in eodem loco reædificetur, nisi paulatim fuerit destructa, & reædificata; nam tota simul destruenda, & iterum reædificata priorem consecrationem amittit. Hæc omnia Dicastillus, qui citat Suares, Pinellum, Graffium, & Bonacinam.

## RESOL. XXV.

*An destruenda Medallia, Rosario, Imagine, pereat Indulgientia?*

*Et quid, si non sit penitus destruenda?*  
*Et quanta debet esse ruptura, aut fractio, ut censetur perisse Indulgientia?*

*Et notatur in applicatione Indulgientiarum, opus esse, ut quis coram se habeat Medallias, Rosaria, & Imagines, & semel Medallias Indulgientia applicata, postea non potest amplius tolli, & alia similibus applicari.*  
*Et docetur, quod facultas concedendi Indulgientias nunquam delegatur laicis, & fœminis; sed tanen bi posse sunt determinare grana, aut Imagines.*

Et

# Tractatus Quintus

190

*Et censim adseritur, quod unius eidemque Imaginis grana, &c. plures, & diversa benedictiones applicari possunt?*

*Ex p. 10. tr. 6. & Misc. 6. R. cl. 9.*

*Sup. cor. eto. 9.*

**A**d hoc dubium nimis practicabile sic responsum ad Amicu*m* in *Curs. Theolog. tom. 8. d. 10. v. que ad §. N. o. etiā in Ref. sc̄. & sc̄. 2. num. 9. 1. Dubium esse potest, an destructa, vel perdita Imagine, Rosario, vel Numismate, cui applicata fuit Indulgencia a Pontifice; posset in aliam Imaginem, Rosarium, vel Numismata Indulgencia transferri, ut de Templo diruto suprà dictum est, cum videatur esse eadem ratio. Nam causa propter quam Indulgencia huiusmodi rebus conceditur, est ad excitandam devotionem erga Sanctos, qui in huicmodi Imaginibus, & Numismatis coluntur. Nihilominus, nisi id in ipsa concession exprimatur, non arbitrio sola auctoritate eius, cui in talibus rebus Indulgencia conceditur, id fieri posse. Alioquin non foret maior ratio de una Imagine, vel Numismate, ac de pluribus: atque adeo semel in una Imagine, vel Numismate Indulgencia obtenta, posset, illa destructa, vel perdita, in aliam, & in aliam eadem Indulgencia transferri: quod non videatur juxta mentem concedentis. Nec est pars ratio de Templo diruto: tūn quia illud supponit transferri alio cum auctoritate superiori: tūn maximè, quoniam Templo natura sua est perpetuum, nec facile destrui, vel amitti potest, sicut grana, Imagines, & Numismata. Vnde voluntas concedentis presumit accommodata, rebus, quibus Indulgenciam applicat: ut sicut Templo ex natura sua perpetuum est amittere non potest, contra verò Imagines, Grana, & Numismata, natura sua amissibilis sunt; ita Indulgencia his rebus concedi presumit amissibiliter, contra verò Templo inamissibiliter. Advertendum autem est, ut res illa, cui applicata est Indulgencia, Indulgenciam amittat, ita debere destrui, ut moraliter amittat esse eadem quæ antea; alioquin si vel refici possit, vel major pars ipsius integræ maneat, manebit cum ipsa Indulgencia. Hucusque Amicus.*

2. Sed quoad hoc ultimum magis difficultè, minutius distinguit, & tem pertrafact Pater Gobat in *Theb. Indulg. part. 2. cap. 14. quæf. 37. num. 390. vbi* sic ait: Quanta debet esse ruptura, aut fractio, ut censeatur periuise Indulgencia? Respondetur Primò: Indulgencia applicata Rosario, nil officit fractio chordula, seu funiculi, qui mutatio, & variatio chordula non facit, ut Rosarium sit villo modo mutatum moraliter. Secundò: similiter nil obesse videtur, et si penitus frangatur crucula Rosarij, aut etiam sexta circiter pars granorum, saltem si alia substituantur, nam censetur nihilominus esse idem moraliter Rosarium. Tertiò: & si frangatur superior pars, & fibula Medallij, ita ut non posset amplius suspensi ex Rosario, non tamen perit Indulgencia Medallio concessa, quia saltem ratione Imaginis illi inculptæ, potest adhuc inseruire ad vsum Religiosum. Quartò: quamvis laceretur, aut exuratur tota illa charta, aut tela, quae est continua cum parte, cui immediatè inhaerent colores Sanctum ipsum representantes non perit Indulgencia illa Imagini concessa, nam remaneat nihilominus vera Imago, seu effigies Sancti Quinti, si crucula Carabatensis pars recta, aut transversa ita frangatur, ut quod infrastructum maneat, representet adhuc crucem Hispanicam, aut etiam qualemcumque crucem, non videtur intercidisse Indulgencia, quia nihilominus id quod restat, potest secundum morem Ecclesiæ interuenire ad vsum veræ, & propriè dictæ crucis; si verò ita frangatur, ut non referat amplius speciem crucis, perit Indulgencia, quæ tamen reditura videtur, si partes fractæ denud copulentur. Quod etiam dicendum censeo, de Imagine per medium fissâ, aut scissa, iterumque compa-

cta. Ratio petitur ex dictis de interitu, & redditu Indulgencie alicui Templo, quod destruitur, & restauratur, concessa, nec enim video, cum forma Templo perirent, pereat Indulgencia, redeunte, seu restituenda; & non item destructa forma substantiali crucis & Imaginis non pereat Indulgencia, & non redeat, quando Imago, & crux dicto modo reficiuntur, cum praetertim crux refecta sit physice, & moraliter eadem. Sextò: Si Rosarij dimidia pars confringatur, censco Indulgenciam non remanere in parte integra. Duxo, quia si manet in parte integrâ, posito, quod dimidia pars non esset confacta, sed tantum amissa, sequetur in dimidia parte amissa, residere etiam Indulgenciam, cur enim porus residet in non amissa, quam in amissa? Hoc autem non debet admitti, quia si admittatur, sequetur me posse ex uno Rosario habente Indulgencias quinque Sanctorum facere duo, quorum singula sint vere affecta Indulgencias. Hoc autem est utique falsum, quia non ego, neque illus priuatus potest multiplicare intentiones Indulgenciarum faciendo. aut plutes ex una. Hæc omnia Gobat loco citato.

3. Sed quia casus est practicabilis, non distractum apponere verba Patris Pellizzari*m* in *Man. Regular. tom. 2. tract. 8. cap. 5. sc̄. 5. subsc̄. 1. numero 13. sic asserentes: Addo, quod si Crux Carauacca habens indulgentias frangatur quodam hastam superiori transuersam; hoc ipso amittit Indulgencias: cum sic non sit amplius Crux Carauacca, que formaliter consistit in hoc quod habeat duplum hastam transversalem, sed Cruz ordinaria, & alias Indulgencias applicata alicui rei datur, nisi quandiu res illa sic subsistat, ut iuxta prudentem aestimationem sit, & dici possit eadem, quod potissimum habet locum, si dicitur Indulgencie concessæ fuissent Crucis Carauacca, quatenus tali; si senserunt mecum viri docti confitunt. Secus dicendum videtur in easu quo globuli alieni Rosarij habent Indulgencias v. g. Sancti Caroli fratre filo eos colligante inuicem segregantur: tunc enim probabile est adhuc in eo durare Indulgencias, cum res vera adhuc si Rosarium substantialiter, adeoque non appareat, vnde dicatur amissa Indulgencias. Quod idem puto probabiliter dici posse in easu, quo Crucis Carauacca hasta longior notabiliter est non totaliter, frangatur in ea parte, quæ est sub duabus hastis transversalibus: sic enim adhuc videtur manere eadem numero Crux, & alioquin Indulgencia durare quondam res, cui applicata est, manet eadem numero. Ita ille, & Ego.*

4. Nota etiam hinc obiter in applicatione Indulgenciarum opus esse, ut quis coram se praesentes habeat Medallias, Rosaria, Imagines, &c. ut ex Urbano VIII. notauit Pater Lezana in *Summa QQ. Regul. tom. 5. verb. Indulgencia, quad Regul. numero 19. & fidelis Medallii Indulgenciam applicata, postea non potest amplius tolli, & alii similibus applicari; ut notauit Quirinadueñas in *Theolog. Mor. tom. 1. in Append. tractatu 9. dubit. 6. numero 9.* ratione valde notandum, quam ex Cardinali Lugo afferat Gobat *vbi supra, numero 405.* quia iste talis quando designauit priores Medallias, &c. non ille propriè, sed Pontifex illis Medallii gratiam fecit: vnde appareat te nihil effectum, si dicas, istam Indulgenciam pro hoc anno applicari huic Rosario, pro sequente alteri: Itaque applicatio Indulgenciarum, rectius designationem, & institutionem dixeris, non est concessio Indulgencia; non enim tu, sed Pontifex, aut potius Deus immediate concedit illam Indulgenciam habentibus tale Numisma à te deputandum; quia facultas concedendi Indulgencias, nunquam delegatur Laicis, & feminis, & tamen ij possunt determinare grana, aut Imagines.*

# De Indulgentiis. Ref. XXVI.

191

Igitur applicatio illa, seu designatio Indulgentiarum est tandem conditio, non autem causa Indulgentiae. Ita ex Cardinali Lugo Gobat num. 384. Sed ego inuenio haec omnia, prater Gobat, & Lugum, docuisse Patrem Antonium in *Cursu Theologico*, tom. 8. disp. 20. scđ. 6. n. 44. ubi sic ait: Dices, sapè Laicus Indulgentiam libet à Pontifice concessam alteri communicare: non posse autem illam alteri communicare, nisi, cum illa simul à Pontifice accepere potestem eam communicandi: ergo de facto haec potestas delegatur Laico. Respondebat distingendo maiorem: communicat illum authoritatè, nego, per modum cuiusdam conditionis, qua posita, Pontifex ipse Indulgentiam applicat, concedit. Quando igitur Laicus Indulgentias à Pontifice obtinet, ut eas possit alii etiam communicare, non accipit à Pontifice authoritatem Indulgentias concedendi, sed solum se habet ut conditio, qua posita Pontifice acdem Indulgentias ad alios etiam exten-der. Quo pacto noui Provinciales Procuratores cum à Pontifice indulgentias accipiunt, alii communicant. Ita Amicis.

1. Nota sic obiter, quod vni eidemque imagini, Cino, &c. phares, & diuersa benedictiones applicare possunt. Ita Quirinaducias *vbi supra*.

## RESOL. XXVI.

*An Indulgentia concessa Imagini, Rosario, Numismatis & similibus pereat, fractis illis, vel detritis?*  
Et maior Indulgentias desinere esse per reuocationem concedentis.  
Et in primis Bulla Cruciatæ, & similia que conferunt sub obligatione onerosa, ex parte recipientis, non possunt, nisi subsistente, eaque virgente causa, renocari, &c?  
Officiorum tamen, quod de facto Indulgentia non cessant, donec earum reuocatio legitimè promulgetur.  
Maior difficultas est, an sit etiam necessarium, ut ipsa studi notitia reuocationis perueniat ad aures Indulgentiam possidentis.  
Item est dicendum de dispensatione votorum, &c. Ex p. 11. & Msc. 8. Ref. 10.

5. Casus sunt curiosi, & quotidie in praxi possum accidere; unde ego alibi, circa praedicta, plura adduxi ex Gobat de *Indulgent. part. 2. cap. 14. q. 37.* n. 30. Verum reor rem gratam Lectoribus facere si possit, ut adducam ea, quæ etiam obseruat Dicastillus de *Sacram. tom. 2. tract. 9. disp. 1. dub. 7. num. 121.* sic ita que afflent; Major difficultas esse potest de indulgentia concessa aliqui imagini, cuius pars, vel conflecta, vel detrahit, aut tunc permaneat indulgentia in qua restandit exstimo, si contractio; vel detratio non sit enormis, sed adeo parua ut adhuc censematur absolute eadem imago permanere, etiam si quod detritum, vel contractum est, de novo, aut aliter instauretur, manere indulgentiam; quia censemitur moraliter eadem imago. Si vero fractio, aut detratio sit adeo enormous, verbi gratia, si statim caput, aut pars magna corporis frangatur, & commixta destruetur, tunc non manebit indulgentia, quia non manet imago; & si iterum reficiatur absolute, censemetur alia imago, sicut Ecclesia maiori ex parte sua concessa, & absoluente censemtur alia Ecclesia, quando dirutio est tota simul iuxta dicta loco notato de sacrificio Missæ. Si vero illa imago paulatim deteratur, & reficiatur, si in una pars manus, & illa reponatur, etiam de novo facta, alia die unus pes, alia pars aliqua facta, aut barba, aut unus oculus, ita ut statim signillatum reperatur, tunc etiam si decurso temporis tota imago esset mutata, ita ut nihil maneat earum partium, quia prius fuerant, adhuc censemti potest eandem imaginem.

nem continuatione, & perseverare Indulgentiam, perinde atque de Ecclesia diximus hic, & loco notato, teneri eandem Ecclesiæ continuatione, quando paulatim diruitur, & reparatur, tunc ergo sicut propter continuationem semper censemtur consecratio manere, manebit indulgentia.

2. Ex hac doctrina Philosophari etiam possumus in granis, Rosariis, numismatis, & similibus; atque in primis, si Rosario per modum vnius roti integrum concessa sit indulgentia, etiam si aliqua pauca grana seu globuli percant fractione, aut aggrandise, &c. & superponantur alia grana alterius Rosarij, adhuc puto manere indulgentiam, censemtur enim adhuc idem Rosarium. Imo etiam si paulatim praedito modo grana mutantur; potest enim censemti idem Rosarium continuatione, sicut dictum est de paribus Ecclesiæ, & dici solet etiam de aqua benedicta, quando paulatim praecedenti benedicta sufficit aliquid aqua alterius non benedictæ, ut obiter, & per occasionem diximus tr. 4. disp. 7. dub. 10. n. 26. *In iuxta c. Quod in dubiis conseretur Eccles. vel Altaris.*

3. Eadem ratione, quando singulis granis datur indulgentia, si forte contingat aliquod granum ex parte fracti, ita ut absolutè censemtur manere, manebit indulgentia. Quod si granum tale sit, ut possit particulariter, quæ semel deteritur, aut fractione tollitur, alia reparari, eodem modo philosophandum est, atque de toto Rosario.

4. Idem dictum puta de numismatis, in quibus illud etiam mihi videtur verum, licet annulus, seu armilla seruens ad suspendendam icunculam frangatur, adhuc manere indulgentiam, etiam si, vel addatur noua Armilla, vel in ipso cyclo imaguncula aperiatur foramen pro illa suspendenda, adhuc enim censemtur eadem.

5. Idem quoque in Rosario dictum puta; etiam si linea, seu funiculus rumpatur; aut catena dissoluatur ex toto, vel ex parte, & grana inter se non habeant eundem ordinem, quando iterum in funiculum infrenuntur; id enim totum non tollit quin verè, & secundum moralē estimationem sit idem Rosarium. Hucusque Dicastillus, sed in casibus contingentibus ne desperet vide Gobat *vbi supra*.

6. Notandum est hic obiter, indulgentias desinere esse per reuocationem concedentis, tandem enim durant, quandiu concedens voluerit durare. Vnde superior potest non solum validè, sed etiam licet per se loquendo indulgentias pro suo arbitrio reuocare; sunt enim, per se loquendo, beneficium gratuitatum; tum in fieri, tum in conseruari.

7. Dixi per se loquendo; nam per accidentis fieri potest, ut fatem licet non reuocet, nisi causa exigens subsistat. Sic multi viri graues dicunt, priuilegia Bullæ Cruciatæ, & similia, quæ conferuntur sub obligatione onerosa ex parte recipientis, non posse nisi subsistente, eaque virgente causa, reuocari, nimis quia ex parte recipientis fuit aliquod onus suscepit, & exhibuit, scilicet ex parte particularium recipientium Bullas soluta eleemosyna, & ex parte Regis Hispaniarum, ad cuius petitionem conferuntur, sustentatio triremium, seu classium, aliaque onera, & expensæ factæ in bonum reipublicæ Christianæ. Vnde ista indulgentia conceduntur quasi per modum contractus; item si conferens indulgentias sponte iuret se illas non reuocatur sine causa, non poterit sine causa reuocare, Legatur Suarius lib. 8. de legibus cap. 37. num. 5. & 6. ex communis sententia probat, priuilegium datum per contractum onerosum, & remuneratum, esse irreuocabile.

8. Obserua tamen, quod de facto indulgentia non cessant, donec earum reuocatio legitimè promulgetur, ut ad notitiam eorum, quibus concessæ sunt, moraliter peruenire

Sup. hoc in

to. 2. tr. 4. ex

lata doctrina

Ref. 3. §.

Sed protius,

ante mediū,

vers. El ex-

empli etia, &

cursim in

alio § eius

not.